

b . 6321 . Secret.

ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗ
ΠΑΝΕΠΙΣΤΗΜΙΟΥ ΙΩΑΝΝΙΝΩΝ



026000213373

278



KTQUC


J. S. Parker

Cont. 18

1788
6



Don. Joh. Thom. Heroldi: Holo: Gu:
Theobaldus: agronia: Gu: 10 Feb.
1057. a. 5 p. 12



yu vno dng...

Frid. Theod. A. N. Fil. Withof
MDCCLXVIII. Lingae



D. IVN. IVVENALIS

ET
AVLI PERSII FLACCI
SATYRÆ.

Cum annotat. TH. FARNABII.



Amstelædam.
Typis IOANNIS BLAEV.
Sumptibus. Societatis. 1650.



ΒΙΒΛ. ΕΙΣΑΓ. 8391



AD ILLVSTRISSIMVM

D. D. HENRICVM

MAGNÆ BRITANNIÆ

PRINCIPEM.



*Πιστον ἢν Ὀδῶν, ἰδὲ Πίνδαρος Ὀλυμπ. ὄδῶν.
ἄριστος, ἀϊσθητικῶν πῦρ ὀψιμα γδὲ ἡγυα λαύρῃ
ἄτι διαπρῖπῃ ἡ-
κτι, μὴ ἀνορῶν ἕρῃα πᾶν. cat. eximie mter*

Quænam hæc (Lyrici) aqua optima? Phi-

Philosophia. Ignis quem Minervæ adminiculo, hoc est in-
dagatrice ingenii ala subvectus Prometheus è cælo detulit,
eoq, rudes hominum animos à terrena ignorantia sæce exco-
xit. Aqua, quæ è Musarum fonte hausta sædas vitiorum
maculas lustrat, eluit, expurgat. E qua purissima scatu-
rigine cum triplex profluat rivulus, Dialecticis illis Mæan-
dris, ignotisque Physiæ Nili fontibus, Ethicum Alpheum
optimo prætulerunt jure quibus sanior mens, qui ut mare
Siculum subterlabi dicitur ad suam Arethusam sine admix-
tione aquarum; ita vere aureus hic fluvius per affectuum
Oceanum intaminatus ad proprium felicitatis fontem re-
meat. Hujus antistites cum ubique summa animi propen-
sione colantur, tum adprime poëtæ, qui non (Græcarum
hoc crepidarum pace dixerim) ut tetrica illa Medis illita
porticus severa ingerunt monita, sed cum illecebra quadam
adulescentum animos irrepunt, quodque peritissimi faciunt
medici, qui vitioso stomacho amara catapotia melle miscent:
ita & hi juvenum animis propter ætatis defectum volupta-
tisque affectum austera hæc sed salubria respicientibus phar-
maca, lac caprarum, quas tamen lentisco pascant, propi-
nant; juxta severiorem mandragoram lætas vites serunt, &
quod ait Venusinus vates:

*Dum prodesse volunt & delectare poëta;
Et jucunda simul dicunt & idonea vita.*

Atque universo poëtarum choro cum laurus sua hederæ-
que ex merito deserantur, tum iis maxime, qui virtutis ve-
ræ rigidi satellites censoria supercilia adversus vitia destrin-
gentes



EPISTOLA DEDICATORIA.

gentes Satyrico aceto noxios perfundunt, qui Philosophiam
 δογματικὴν & παιδαγωγικὴν ἑλευθεριωτικὴν illustrant, hoc est, je-
 junis Decretis austerisque Præceptis aculeos & vitam exem-
 plorum addunt. Ex his (illustrissime Princeps) quum Flac-
 cus suam vel lancem vel canistellum primitiis saturum Cel-
 situdini tuæ obtulerit : Et isti duo, ut integrum habeas
 Satyricum chorum, & (ut ita dicam) triumviratum, præ-
 fidentius asperis obscuritatis sylvis egressi, T. Cels. patro-
 cinio tectos, æquis ac iniquis se commendatos expetunt.
 In quorum condignas laudes, post tot antiquorum & recen-
 tium (qui Aristotelis Ethicis præferre, ipsis Senecæ & Episte-
 ti moralibus unius Iuvenalis Satyras adæquare non dubita-
 runt) encomia discurrere, esset frigide laudare, quo satius
 fuisset (teste Phavorino Gelliano) acerbius vituperasse: mul-
 to minus deceret me homulum è trivio, quid ad ἡλιθίον,
 quid ad ἀειδίον, conferant, præcipere. melius hoc illi
 facient, qui tibi ad manum, imo ad mentem Phœnices. Tu
 vero, qua es progenie, quo genio, quo ingenio, tibi
 optime. Hanc itaque Philosophici ignis particulam, hanc
 Pierii laticis corylam (quandoquidem per se haud satis ar-
 ticulate vocales sint isti Satyri, neque, ut sint, è dignitate
 tamen & libertate eorum esset gratiam ambire) rudis ego
 Hermes, nec tam ipsorum mentis interpret, quam infan-
 tiæ meæ proditor, tibi (Princeps illustrissime) consecro,
 abunde meæ in his qualicunque opere gratulaturus, si quid
 inesse sensero quod læta aspicias fronte, quodque dum un-
 dique litterarum copiam colligis, quam invicem per totum
 terrarum orbem dispergas, studiis tuis dignum sit. Quæ
 ut feliciter succedant in tuam, publicam, divinam gloriam,
 Deum Opt. Max. serio precor, cui Principum rerumque
 publicarum salus semper curæ.

Cels. Tuae

Officiose addictissimus

THOM. FARNABIVS

AD



A D L E C T O R E S .

10 Plutarch.
de Auditione.

11 I. C. Sca.
341. Exercit.
4. lect.
12 Otho apud
Tacit. Hist. 1.
13 Fab. Quintil. l. 1.
cap. 14.

14 Epist.
300.

15 Allian. var. hist. l. 3.
c. 23. 15 Petron. Arb. Sat. 17 Mel. que adeo, cur enim me excludam, quem in eandem molam trufanilem detruit Deus? 18 Cicero niscitat idem Petron. 19 Dion. vel ut alii, Diogenes, de Grammaticis. 20 Horat. Sermon. 10. lb. 1.

dica oratione fecisse Socrates fertur; vel vobis opus sit ¹⁰ sollibus, quibus aures munitis adversus verba minus casta) quoniam mihi manet mens eadem, consilium idem: manebunt certe rationes atque verba eadem. Quorsum enim illa interpreteris, qua neminem scire convenit? atque uti in Physicis ¹¹ suberit occulta natura, qua homini ignota, sapienti haudquaquam investiganda erit; ut ¹² in Politicis & Polemicis tam nescire quadam civis ac milites quam scire decet; ita ¹³ inter virtutes Grammatici habebitur quadam nescire. Censuram vero meam hanc de ipsis poetis, curam hanc ad ipsos censura vestra & cura commendo. vobis, bonis ac multis scripsi hac ad fructum, non paucis illis ac malis ad calumniam: vobis cordatis, qui vel ab hoc indice Mercuriali commonstrati & commonescatis, ritus, mores, historias recordamini; non oculatis istis, qui nihil, nisi quod ante oculos est, vident, intelligunt, sapiunt. Animis denique (ut ¹⁴ Seneca utar verbis) ista scripsi non auribus, & (quod idem, sed alia in re) mores non verba composui. Obstupescant alii ¹⁵ Annicer in illum, qui cursus plurimos in orbem sic consecit, ut, cum per eandem orbitam sapius agitaverit, in impresso vestigio semper institerit: vos cum Platone iudicabitis non posse eum, qui in re tam tenui adhibet curam, de rebus magnis sollicitum esse. Censebitis etiam cum lepidissimo illo Arbitro, ¹⁶ nihil esse homini magnificum, quod pueris placet: vos denique miserescet ¹⁷ eorum ¹⁸ qui dum dicunt qua adolescentuli probent, soli in scholis relinquuntur, ¹⁹ Ulyssis inquirentes mala, sua non animadvertentes. Vobis (anima candida, docta, amica) ²⁰ haec qualiacunque Arridere velim: doliturus si placeant spe Deterius nostra, Demetri, teque Tigelli Discipulorum inter jubeo plorare cathedras.

Valete.

T. F.

D. IV.



D. IVNII IVVENALIS

AQVINATIS

* SATYRA I.

Deliberanti Poëtæ jamque in animo habenti temporis sui Poëtis tragœdias recitantibus vicem referre, & pantheram (quod ajunt) leone remunerare, occurrunt urbis Romanæ scelera, quæ ipsum ab instituta Tragœdia ad Satyræ abducant.

Semper ego auditor tantû? nunquamne¹ reponam,
Vexatus toties² rauci³ Theseide Codri?

⁴ Impune ergo mihi recitaverit ille⁵ togatas,
Hic⁶ elegos? impune diem consumpserit⁷ ingens
Telephus? aut summi plena jam margine libri⁸
Scriptus, &⁹ in tergo nec dum finitus⁹ Orestes?

* Nota magis nulli domus est sua, quam mihi¹⁰ volucis
Martis, &¹¹ Aëlis vicinum rupibus¹² antrum
Vulcani. quid agant venti, quas¹³ torqueat umbras
¹⁴Æacus. ¹⁵ unde alius furtiva devehat aurum
Pellicula, quantas jaculetur¹⁶ Æonychus ornos,
¹⁷ Frontonis¹⁸ platani, ¹⁹ convulsæq; marmora²⁰ cla-

[manu

neris refertam offerebant. ¹ Scribam, recitabo, vel vicem illi referam, eos eadem scribendi recitandique molestia obviandens, quo illi me? ² Recitando rauci, vel clamosi. ³ Recitatione illius poematis de Thesei gestis à Codro vili Poëta scriptus. ⁴ Nec par pari referam? ⁵ Comœdias Latinas à toga Romanorum habitu dictas, ut & Græcæ palliatæ dicebantur à Græcorum palliis. ⁶ Lugubres vel amatorias. ⁷ Longa tragœdia de Telepho reg. Myfix, cui vulnus & auxilium Pelias hasta tulit. ⁸ In aversa charta ab exteriori parte al. à tergo. ⁹ Trag. de Oreste, sienu agitata. * Fabula & historia mihi æque nota sunt ac alteri cuiquam poëtarum, si velim, quod illi faciunt, Priuclibus adulari, aut famæ meæ recitando velificari, taratione hic videtur Val. Placc. vide Jan. Parrhasii 2 epist. 10. Historia Romuli & Remi, quos peperit Rheia in luo Martis, vel luc. Mar. in Ponto pro quocunque luo, ad derisionem Poëtarum, qui à luci descriptione colorem artis petunt. alii ferunt locum fuisse Romæ in Appia, in quo recitabant Poëtæ. vide Bapt. Egnatii tacinationum cap. 6. ¹¹ Septem Insulis Liparæis in mari Tyrrhæno. ¹² Aëna. ¹³ Examinet, vel, iudicet torqueandas animas. ¹⁴ Iovis filius ex Æpino, al. ea Europa, unus e tribus apud inferos iudicibus. ¹⁵ Ut è Colchis Iason furtim Medea dolo aureum vellus sustulit. ¹⁶ Centaurus: & ponitur pro fab. & pugna Centaurorum cum Lapthis. ¹⁷ Iulii Frontonis, nobilis & docti viri, in cuius ædibus recitabant Poëtæ. ¹⁸ Porticus, quam adumbrant platani. ¹⁹ Frequentia auditorum vel recitatoris clamore, ruptæ columnæ marmoreæ. Sic Sat. 7 v. 35. cum fregit sublella versu Statius. ²⁰ Resonari, vel assidua recitatione jam edoctæ clamant, quid agant venti, quas torqueat, &c. & est Parrhos.

* Poëma varium, nonvulgaris dictum à Satyris, quorum cachinnos & derisiones hoc carminis generis imitatur. I. C. Scaligero

1. Poëtices, 2. c. A caustellis omni pomorum genere plenis, quibus prodeutes Satyri Nymphas alliciebant. If. Casaub. 2, lib. de Satyra. à satura lauce, quam ante qui diis agri anna solventes vota primitiis omnis fructuum ge-



21 Ego itaque Grammaticorum ferulis & Rhetorum declamationibus valedixi. 22 Fictio themate declamatorio suavi Sylla ut deposita dictatura privatus aliam artem.

23 Cui si ego peperero, alia tamen manu peribit, vel periturus, cum aliorum Poetarum chartis, vel etiam si nihil ei inscribatur, periturus.

24 Hoc studio & studio, hoc poematum genere, i. e. Satyra.

25 Lucilius ex Atroxia Retulorum

Semper, & assiduo supra lectore colonne.

Expectes eadem à summo maximoque Poeta.

Et nos ergo manum ferula subduximus, & nos 15

Consilium dedimus Syllae, privatus ut alium

Dormires. stulta est clementia, cum tot ubique

Vatibus occurras, 23 periturus a parcere charta.

Cur tamen hoc libeat potius decurrere 24 campo,

Per quē magnus equus 25 Aurorice flexit alumnus; 26

Si vacat, & placidi rationem admittitis, edam.

Cum tener uxorem ducat 26 Spado, 27 Marcia 28 Tuscorum

29 Figat aprum, & nuda teneat venabula mamma:

Patricios omnes opibus cum 30 provocet unus,

31 Quo tendente gravis juveni mihi barba 32 senabat: 29

Cum 33 pars 34 Nilivaca plebi, cum verna 35 Canopi

36 Crispinus 37 Tyrius humero 38 revocante lacernas

39 Venulet 40 astruam digitis sudantibus aurum,

Nec suserre queat majoris pondera 41 gemma:

Difficile est sustinem non scribere nam quis mihi 30

Tam patiens urbis, tam ferreus, ut 42 teneat se?

Causidici 43 nova cum veniat lectica 44 Marthonii

45 Plena ipso, & post hunc 46 magni delator amici,

Et cito rapturus de nobilitate 47 comesa

Quid superest, quem 48 Massa timer, quem mionere 30

[salpat

civitate natus, Latina Satyra primus autor. unde & Tertius Satyrographus, cuius meminit Martialis l. 7 ep. 95. & l. 11 ep. 11. Sidorius carm. 9. & Probus Grammaticus. * Syllam dixit. 25 Spado dicitur, cui testes evulsi sunt, aut neri e quibus testes dependunt. Castratus, cui colis & testes, vide Sat. 6. 355. v. 27 Mulier, Synecdochia. Namque formnas in arenam descendisse, auteres sunt Suetonius Nero. c. 11. X phil. in Nerone & Tito. Tacit. An. 15. Martial. epig. 6. l. spect. 28 Ferociorem, utpote e Tuscia. 29 In Theatro. 30 Adquet, divinis cum ipsis certet. 31 Cumanus, de quo Martial. lib. 7. alii Licinium Augusti libertum & consorem intelligunt. 32 Sub fornice sogaanti cadebat. 33 Servus e plebe. 34 Aegyptus, a Nilo Aegypti fluvio. 35 Critanicia Aegypto, duodecim miliaribus ab Alexandria distantis, fano Serapidis celebris, Strab. 17 l. omnium libidinum atque imperitatum domicilia. 36 E servo factus magister equitum Neronis. 37 Paspareas, a Tyro Sat. 10 v. 38. 38 Rev. lac. quae vel mollitie vel pondere defluxere, vel quae rejecta sunt in humeros. Sicut qui ad locum ubi iam quassatae sunt. Plaut. Epidicus. 39 Ad refecturium, vel jactando ostendet. 40 Antrum tenuis bractea & levis. 41 Incluse in anulo hyberno. 42 Temperet sibi ne scribat. 43 Novi hominis, vel super ex quadruplario lucro coacta, vel simpliciter nova, namque & hinc splendor, sic Martialis epig. 57 l. 2. Sella recens. 44 Ex advocato delatoris facti. 45 Ut qui crassa fuerit, vel delicatus & superbus. 46 M. Regulum hic intelligi voluit, cum suis & imperatoris amicis, tum ipsis quadruplariis formidabilem veri, similitudo autem est dici Heliodorum Stoeic. phil. quo deficiente occisi sunt. 47 Per delationes interempta. 48 Massa morio & Carus mihi, Neronis liberti, delatores nequissimi.



1 Carus, & à trepido 49 Thymele s² summissa Latino:
 cum te s¹ summoveant, qui testamenta merentur
 2 Noctibus, s³ in caelum quos evehit optima summi
 Nunc via processus, vetula s⁴ vesica s⁵ beata:
 3 Vnciolâ s⁷ Proculejus habet, sed s⁸ Gillo s⁹ det cem:
 4 Articu quisque suas, s⁹ ad mensuram inguini ieres:
 5 Accipiat sane mercedem s⁶ sanguinis, & sic
 6 alleat, ut nudis presit qui calcibus anguem,
 7 Aut s⁶ Lugdunensem rhetor dicturus ad aram. 95
 Quid referam, quanta siccum jecur ardeat ira:
 8 cum populum gregibus comitum premat hic spoliator
 9 pupilli s⁶ prostantis? at s⁶ hic damnatus s⁴ inani
 iudicio (quid enim salvis infamia nummis?)
 10 Exul s⁶ ab octava Marius bibit & s⁶ fruitur diis s⁶
 iratus: at tu vitrix provincia s⁶ ploras.
 11 Acc ego non credam s⁶ Venusina digna s⁶ lucerna?
 12 Acc s⁷ ego non agitem? Sed quid magis s⁷ Heracleas,
 13 Aut s⁷ Diomedeam, aut s⁷ mugitum Labyrinthi, s⁷
 14 Aut mare percussum s⁷ puero s⁷ sabrumq, volantem?
 15 cum s⁷ leno accipiat mæchi bona, s⁷ si capiendi
 16 us nullum uxori, doctus i⁸ spectare lacunar,
 17 Doctus & ad calicem vigilans stertere naso.

49 Mima uxor Latini
 mimi, cui inditum videtur
 nomen à Suppl.
 24. quod est,
 pulpicum. ceu
 ara theatri.
 quod hæc vel
 prima vel op-
 tima fuerit
 saltatrix. Sed
 negat Angel.
 Politianus 7.
 libr. ep. Thy-
 melelem fuisse
 uxorem Lati-
 ni. 50 Ut
 vel usu cor-
 poris vel
 blauditiis
 proptium
 Latino red-
 deret Helle-
 dorum seu
 Regulum.
 vel generaliter
 uxor à mari-
 to missa de-
 precatrix ad
 delatorem:

huiusmodi aliquid in Mimo representavit Latinus cum Thymele. 51 Hære-
 ditate. 52 Nocturni concubitus opera. 53 Ad opes & dignitatem. 54 Pars
 ea qua mulier est. 55 Divitibus. 56 Duodecimam hæreditatis partem, cum
 hæreditas ut libra divideretur in duodecim partes seu uncias. 57 Adulter.
 58 Undecim partes. 59 Ad penis utriusque proportionem. 60 Coitu ex-
 angusti. 61 Instituit Caligula certamina facundia: Lugduni in Gallia, in qui-
 bus oratores victos spongia linguæ scripta sua delere oportebat, nisi fertulis
 objurgari aut flumine mergi maluissent: hoc metuentes oratores dicturi ad a-
 ram, qua Lugduni insignis erat, pallebant. Sueton. Calig. 20. c. 62 Spoliati
 & eo redacti, ut prostet, victum corpore meritum. 63 Marius Priscus, ab
 Afris, quos proconsul spoliabat, accusatus est: cui 700. nummum in ærarium in-
 ferre damnato Italia interdictum. Plin. epist. 11 l. 2. 64 Pecunias provincie
 non restituente. 65 Qui Romæ ante novam non decubuit. 66 Voluptatem
 cepit ex ira deum, retinens magnam spoliatiotis partem, & sibi in exilio lautius
 quam antea indulgens. 67 Non restituta pecunia. Cornutus enim Tertullus
 Consul designatus, censuit septuaginta milia, que acceperat Marius, oratio
 inferenda. Plin. l. 2 epist. 11. 68 Horatii Venusini. 69 Satyra elucubrata.
 70 Annon hæc potius interter, quam fabuler? 71 De Herculis æcumis fa-
 bulas. 72 Fabulas de Diomede ab uxore non recepto & locis in æves versis.
 73 Fabulam de Theseo & Minotauris in labyrintho mugiente. 74 Icaro ca-
 denti. 75 Dardalum. 76 Marius leno, Gallice, an Rossien. 77 Probrosio
 sominis lectica usum, jusque capiendi legata aut hæreditates admihi Domitia-
 nus. Suet. l. c. 78 In obsequium adulteri sursum spectare, & velut ebrium ho-
 mulari profundum somnum sonchifono naso.



79 Sophro-
mus Tigelli-
nus, qui per
vitia præfe-
cturam præ-
torii sub Ne-
rone adeptus
est. Tacit. 1.
hist. vel
Corn. Fuscus,
qui patrimo-
nium equis
alendis dila-
pidarat, &
per aurigæ
officium Ne-
roni præstite-
rat, postea à
Domitiano
cohortibus
prætorianis
præfectus.
80 Viam à
Ca. Flaminio

Cum fas esse putet curam sperare cohortis.
79 *Qui bona donavit præsepibus, & caret omni* 60
Majorum censu, dum pervolas axe citato
80 *Flaminiam: 81 puer Automedon nam lora tenebat.*
82 *Ipse 83 lacernata cum se jactaret amica.*
Nonne libet medio 84 ceras implere capaces
Quadrivio: cum jam 85 sexta ceruice feratior 65
Hinc atque inde patens, ac 86 nuda pene cathedra.
Et multum referens de Meccenate 87 supmo
88 *Signator, falso qui se laetum atque beatum*
* *Exiguus tabulis & 89 gemma fecerat uda?*
Occurrit matrona potens, qua molle Calenion 70
Porrectura viro miscet sitiense 90 rubetam,
Institutque rudes 91 melior Locusta propinquas
92 *Per samam & populum 93 nigros efferre maritos.*
Aude aliquid 94 breuibus Gyaris & carcere dignum,
Si vis esse 95 aliquis. Probitas laudatur & alger.

stratam. 81 Fuscus auriga Neronis, ut Automedon Achillis. 82 Cum ipse Nero blanda gestulatione se ingereret & commendaret lacernæ amicæ. Tacit. Sueton. Dio, Zonaras, Suidas. Neque enim, quod nonnullis placere audio, Actæ hic dici puto; neque in sententiam Bæti. c. 16. de re vest. ire lubet, ex hoc loco probatum euntis, foeminas lacernis usas. Erant enim lacernæ *Maniureta togæ*, ut nosse habet, Sat. 9. quibus uti spectaculis possimum operam sedentariam præstabant, Martial. epig. 2. l. 4. & 11. epig. l. 14. Vbi autem Festus Pompejus *lacernam* dicit *capitis ornamentum*, discutio ab his qui *breuiter in eam capillum est* intelligunt, *capillumque* fuisse putant; atque arbitror fuisse penulam capitis carentem, penulam vero & lacernam confundi ab autoribus video. 83 Sporo, quem ex ætate testibus cum dote & flammeo, solenni nuptiarum officio ad se deductum Nero pro uxore habuit. 84 Tabellas ceratas easque amplas Satyrice carne implere libet, occurrente passim & palam per compita satyrarum materia. 85 Hexaphero, lectica quam sex viri portabant. 86 Aperia, neque plagis cincta, cui remota erant vela ac pellis. Martial. 11. l. 99. ep. 87 Molli & delicato. mollietate autem nomine male audiebat Meccenas. Senec. epist. 114. 88 Domitius Regulus testamentorum corruptor. Plin. epist. 25. lib. 2. vel Sophronius Tigellianus, qui trium patuorum veneno (sublatorem subtractis tabulis & falso signatus, hereditates inuasis. * Compendiosa & breui opera falsas testamentorum tabulas condendi. *vel*, Exiguus, id est, paucis verbis testamentorum tabulis scriptus, quum falsarius se heredem ex ætate inscripserit. 89 Annulo signatorio, qui gemmam ægyptiam, id est, ægiatam habet inclusam, falsis tacto. 90 Venenum rubetæ. 91 Peritior venefica quam illa Locusta nuper venefici damnata & diu inter instrumenta regni habita, cujus arte usa Agrippina boletum venenatum Claudio paraverat, ejusdemque ex Gallus vocatæ Nero usus opera Britannicum sustulit. 92 Populo sciens, videns, adeoque permittens. 93 Quod iudicium est veneno sublatis fuisse. 94 Dignum exilio in breues, id est, angustas insulas Cycladas, è quibus Gyaris maxime sterilis & gravissimæ exili locus, sic Sat. 10. *ut Gyari clausus scopulis, parvique scripto.* 95 In aliquo pretro.



Criminibus 4 debent hortos, 97 pratoria, 98 mensas,
 Argentum vetus, & 99 stantem extra pocula caprum:
 Quem patitur 1 dormire nurus 2 corruptor avara,
 Quem 3 sponsa turpes, & 4 pratextatus adulter?
 Si natura negat, facit indignatio versum, 80
 Qualemcunque potest: quales ego, vel 5 Cluvienus.
 6 Ex quo Deucalion 7 nimbis tollentibus aquor
 Navigio 8 montem ascendit, 9 sorteisque poposcit.
 Paullatimque anima caluerunt mollia saxa,
 Et maribus nudas ostendit Pyrrha puellas: 85
 Quicquid agunt homines, votum, timor, ira, voluptas,
 Gaudia, discursus, nostri est farrago libelli.
 Et quando uberior vitiorum copia? quando
 Major avaritia patuit 10 sinus? alea quando 90
 Hos 11 animos? neque enim 12 loculis comitantibus itur
 Ad 13 casum tabula, posita sed luditur 14 arca.
 15 Praesidia quanta illic dispensatore videbis
 16 Armigero? simplexne furor 17 sestertia centum
 Perdere, & horrenti tunicam non 18 reddere seruo?
 Quis totidem erexit villas? Quis sercula septem 95
 19 Secreto canavit 20 avus? nunc 21 sportula primo
 Limine parva sedet, 22 turba rapienda togata.
 23 Ille tamen faciem prius inspicit, & trepidatione
 Suppositus venias, ac falso nomine pescas.
 Agnitus accipies. jubet à prope vocari 100
 Ipsos 24 Trojugenas. nam vexant limen & ipsi

95 Accepta referunt. namque hæc omnia per fraudes, scelera atque crimina nacti sunt. 97 Adificia prætoribus digna ceu villas lautiorum civium magnifice extructas in suburbanis suis. 98 Citreas, marmoreas, eburneas. 99 Signum capri ceu Phryxi in calatura prominens & extuberans. 1 A Satyra scribenda quiescere. 2 Ipse tocer. 3 Pueri qui viris nubunt, & feminæ. 4 Ingenius puer etiam ante prætextam (ea erat toga alba cu-

jus ora & circumus purpura prætebatur) depositam. i. e. annum ætatis 16. corruptus adulterus. 5 Ineptus poeta. 6 Omnes, inquit, affectus, omnia vitia à diluvio adusque nostra tempora materia est hujus inel libelli Satyrici. 7 Imbribus mare argenti. 8 Parvulum. 9 Themidos oraculum. 10 Receptaculum; metaph. à velo sumpta. 11 Ellipsis rei habuit. 12 Non parte vel modica pecunia. 13 Ad fortunam aleæ in tabulam vel abacum lutorum coniecta. 14 Univerſa re familiari, cujus naufragium faciunt *οπι ερω προια* *οραλι τα κλω*, ut facere Lucianus 113. τοις *ορις* *κατερον*. non ad Malcam sed Aleam *οραλι* *ορις* *τα οραλις*. 15 Rixas. 16 Seruo, qui domino ludenti nummos, alias & cetera belli illius arma subministrat unde *armigero*, metaph. à bellantibus sumpta. 17 570. lib. moneta nostræ. 18 Donare, ut restituere. 19 In sua domo privati, solus. Prisci enim illi in propatulo & atillis coenabant frugali & plebejo contenti cibo. Valer. Max. c. 5 l. 2. Coenationes habuerunt suas novi illi gunitæ in quib. civium oculos fugerunt. 20 Quis e majoribus? 21 Iam vero clientes non ad coenam rectam, *δραλις δαμιον* admittuntur, sed his in domo introitu apponitur sportula in cibum, vel C. quadrantes continens. Nerone rectam coenam ad sportulam revocante. 22 Clientibus & pauperibus, quorum toga est. 23 Qui sportulam distribuit. 24 Nobiles sordide sportulam petentes, quæ pauperibus parabatur.



25 Inquit Pra-
tor. 26 In-
quit Tribunus.
27 Loco vel
opibus & hoc
falsè Poeta sub
persona liberti-
ni. 28 Fl. Me-
topotamiae,
qui oritur ex
Niphate
monte Arme-
niae. 29 Fit-
suræ vel fora-
mina in lobis
more patrio.
in Oriente
quidem, etiam
viris aurum
gestare auri-
bus depensum
decus existi-
matur. Plin.
11. l. 37. cap.
30 Quas in
foro habeo.
31 Quad. se-
stertia censum
equestrem
conficiunt.
3125 libras.
32 Equestris
nobilitas pur-
pura & aurolo designata.

Nobiscum. 25 da Pratori, 26 da deinde Tribuno.

Sed libertinus 27 prior est, prior, inquit, ego adsum.

Cur timeam, dubitemve locum defendere? quamvis

Natus ad 28 Euphratē, molles quod in aure 29 fenestra

Arguerint, licet ipse negem? sed 30 quinque taberna

31 Quadringenta parat, quid confert 32 purpura 33 ma-

Optandum? si Laurenti custodit in agro [jus

Conduktas 34 Corvini ovis? ego possideo plus

35 Pallante, & 36 Licini. Expectent ergo Tribuni: 110

Vincant divitiæ: 37 sacro nec cedat honori,

Nuper in hanc urbem pedibus qui venerat 38 albis.

Quandoquidem inter nos sanctissima divitiarum

Majestas, etsi 39 furesta Pecunia templo

Nondum habitas, nullas nummorum ereximus aras, 115

Ut colitur Pax, atque Fides, Victoria, Virtus,

Quaque salutato 40 crepitat Concordia nido.

Sed cum 41 summus honor finito computet anno

Sportula quid referat, quantum rationibus addat:

Quid facient 42 comites, quibus hinc toga, calceus hinc 120

Et panis * sumusq; domi? 43 densissima centū [est.

Quadranteis lectica petit, sequiturque maritum

Languida, vel pragnans, & circumducitur uxor.

Hic petit absenti, nota jam callidus arte.

33 Magis optandum. 34 Nobilissima ortus fa-
milia, pauper tamen. 35 Claudii liberti ditissimo, nec non quaestorii & pra-
toris ornamentis insignito. 36 Licinio Stolone Crallo, P. Licinio cogn. divi-
te, & Licinio Casari liberto & tonsore. 37 Prætorio aut tribunitio. 38 Servi
e transmarinis advehi venales prostituuntur cretatis gypsisque pedibus,
signato sigillo domini, si privati essent, Reip. si publica mancipia. Plin. l. 35 c. 17.
39 Esti nondum extiosam Pecuniam pro dea colimus templis & aris, ut Pacem,
Fidem, &c. 40 Et Concordiam, cujus templi fastigio positos nidos ciconiæ
rostris crepitantes revilunt. Politian. c. 67. Miscel. ductus Aelianus testimonio de
mureo cornicum amore: & cornicem existimat fuisse concordia symbolum,
non ciconiam. Ego vero omnino intelligi ciconiam credo, imo respexisse Juve-
nalem ad Ovidii vers. 5. Metam. Ipsa sibi plaudas crepitante ciconia nido. Porro
ciconias in auspiciis concordiam polliceri scribit Ian. Duf. ad Arbitr. l. 1. Fla-
vius Cointetan. c. 53. Attem concordia simpliciter intelligi vult, in qua Senatus
aliquando haberi solitus, testibus Varrone & Lampridio, & quo cum strepitu
confluxere Patres. 41 Si (inquit Poeta) summi magistratus, prætores, &c.
computeant quantum annui redditus sportula referat, quid facient pauperes,
quibus sportula sola victum & necessaria suppeditat? 42 Clientes & asseclæ.
* Fusca sumo domus, inquit Ramirel. ego ligna intelligo. 43 Plurimi senato-
res lecticis vecti petunt sportulam, circumducunt etiam ægrotas & gravidas
uxores, quarum nomine sportulam petant, interdum & absentes illas simulant
adelle in clausis lecticis.



44 Ostendens vacuam, & clausam pro conjuge sellam.
 45 Galla mea est, inquit, 46 citius dimitte, moraris?
 47 Profer Galla caput: 48 noli vexare, quiescit.
 Ipse dies pulchro distinguitur ordine rerum.
 49 Sportula, 50 deinde forum jurisque peritus Apollo,
 Atque triumphales, inter quas ausus habere 130
 51 Nescio quis 52 titulos Aegyptius, atq; 53 Arabarches:
 Cujus ad effigiem 54 non tantum mehere fas est.
 Vestibuli abeunt veteres, 55 lassique clientes:
 Voraeque deponunt, quanquam longissima caena 135
 56 Spes homini: caules 56 miseris, atque ignis emendius
 57 Optima sylvarum interea, pelagique vorabit
 58 Rex horum, vacuisque toris tantum ipse jacebit.
 Nam de rot pulchris & latis 59 orbibus & tam
 Antiquis, 60 una 61 comeditur patrimonium mensa.
 Nullus jam parasitus erit, sed quis feret istas 140
 62 Luxuria sordes? 63 quanta est gula, qua sibi 64 totos
 Pone apros, animal 65 propter convivium natum?
 66 Pana tamen praesens, cum tu 67 deponis amictus
 Turgidus, & crudum pavonem in balnea portas.
 68 Hinc subita mors, atque intestata senectus. 145
 69 It nova nec tristis per civitas fabula coenas:
 Ducitur 70 iratus plaudendum sionis amicis.
 71 Nil erit ulterius quod 72 nostris moribus addat

44 Distribu-
 tori. 45 Vxor
 mea.
 46 Nec valet,
 dato & dimit-
 te. 47 In-
 quit distributor.
 48 Respondes
 maritus impo-
 stor, noli ve-
 xare, qui-
 escit, dormit.
 49 Prima &
 secunda hora
 clientes salu-
 tant patronos
 & sportulam
 petunt. vide
 Martial. ep. 8
 lib. 4.
 50 Deinde
 deducunt eos
 ad forum Au-
 gusti, in quo
 iura redde-
 bantur juxta
 Apollinis e-
 burneam sta-
 tuam. ubi vi-
 suntur trium-
 phales status.
 51 Crispinus,
 uti volunt in-
 terpretes.

Cum vero neque constet de regimine nec statua Crispini, magis propendo in
 sententiam Alciati, ut sit Tib. Alexander, qui regerat Aegyptum ipse ejusdem
 nationis, teste Tacito 1. hist. cui aspiculatur Euseb. lib. 2. Hieronymus tamen
 Josephum à Judæis creatum ducem intelligi vult, cui postea propter ingenium,
 virtutem & vaticinium de imperio Vespasianus statuam dedit triumphalem.
 52 Inapientem. 53 Arabia praefectus mollis & delibutus, vel, servorum ex
 Arabia tunicus. Turneb. legit Alabarches, quem vide 11. lib. 25. c. & Brodus
 4. lib. Misc. c. 7. ex Iustiniani edictis & Josepho legit ad. 262. male, credo.
 ut sit scripturae magister, ab ἀρχα, quod, Helychio teste, est attramentum. 54 Sed
 & alium exonerate. 55 Post longam coenae expectationem. 56 Spe co-
 mite recta frustratis. 57 Optimas feras & delicatissimos pisces. 58 Dives pa-
 tronum. 59 Mensis vel patuli. 60 Ad quam dominus & conjux soli accum-
 punt, vel, sola, nemine ad coenam vocato. 61 Absumunt lautis epulis patria
 bona. 62 Luxuose sibi, amicis sordide. 63 Illius divitis & ejusmodi mul-
 teorum. 64 In Romanorum apparatus convivii integer apponi solebat aper.
 65 Quod multis sufficeret. Solidum aprum Romanorum primum in epulis ap-
 posuit P. Servilius Rullus. Plin. lib. 8 c. 51. 66 Nec tamen impune hestuaris.
 67 Balnea ingressurus portas pavonis carnem omnium difficillimae concoctio-
 nis. 68 Ex nimia repletionem & cruditate dum in balnea descendis. 69 Di-
 vulgatur rumor de tua morte per omnia convivium. 70 Quibus intestatus nihil
 reliqueris. 71 Nil sceleris aut vitii restat, quod 72 Perditis ac
 pretulim.



Aut mulexum 93 quasitus 94 Hylas urnamq; secutus.
 Ense velut stricto, quoties Lucilius ardens
 95 Infremuit, 96 rubet auditor cui 97 frigida mens
 Criminibus, tacita sudant præcordia culpa. [est
 Inde ira, & lacryma: 98 tecum prius ergo voluta.
 Hac animo, ante tubas: 99 galeatum sero duelli
 Pœnitet; 1 experiar, quid concedatur in illos,
 Quorum 2 Flaminia legitur cinis atque Latina.

91 Ab Hercule. 94 Qui aquatum profectus dum se inclinaret, una cum urna decidit in flum. Ascensionum. 95 Inf. indignabundo ore. 96 Pudore & ira,

quæ vindictam cogitat. 97 Metu & conscientia scelerum. 98 Priusquam classicum canas & Satyricum dstringas stylum. 99 Pugne commissa sera pœnitentia. 1 Quoniam itaque, inquit Poeta, periculosa est plenum opus alicui, legibusque cautum, nequis vivos carmine proscindat, experiar quid liceat in mortuos. 2 In viis Flam. & Lat. nobilium urnæ & reliquæ condabantur, super extructis sepulchris.

S A T Y R A I I .

Reprehendit hypocrisin in Philosophis, Iudicibus, Sacerdotibus, Ducibus, Nobilibus: qui omnes impie de inferorum suppliciis sentientes, victores ipsi à victis gentibus corrumpuntur, nec non alios corrumpunt.

1 **V**ltra 2 Sauromatas fugere hinc libet, & 3 glaciale
 4 Oceanum, quoties aliquid de moribus 5 audent
 6 Qui 7 Curios simulant, & 8 Bacchanalia vrbunt.
 9 Indoliti primum: quanquam plena omnia 9 gypso
 10 Chryssippi invenias, nam 11 perfectissimus horum est
 Si quis 12 Aristotelem similem, vel 13 Pittacum emittit,
 14 Et iubes 15 archetypos 16 pluteum servare 17 Cleanthas.
 Fronti nulla fides, qui enim non 16 vicus abundat
 17 Tristibus obscænis? castigas turpia, cum sis

1 Ad barbaras & remotissimas usque gentes rapida fuga me conferre malim, quam hic Romæ degere, ubi ficti Philosophi verbis quidem præ se ferunt continentiam, vita vero & moribus flagitiosissimi sunt & impurissimi. 2 Europæ atque Asiæ ver-

fos Boream incelas. Russos & Tartaros. 3 Septentrionalem. 4 Mare ab Indis, celer & viosay fluere. 5 Supple differere aut præcipere. 6 Continentiam M. Curii viri frugalis & optimi. 7 Tanquam celebrantes Bacchanalia, omnium scelerum seminarium. Liv. 4.9. 8 Apprime indocti. 9 Statua gypfacea. 10 Stoici & in Dialecticis acutissimi & acerrimi. 11 Ironice vel Stoicorum perfectissimus haberi vult. 12 Imaginem Aristotelis vel Pittacel sapientis. 13 Ordo est, jub. plut. ser. arch. Cle. 14 Primogenios & originales typos ad vivam imaginem formatos. 15 Armarium, museum. 16 In urbe. 17 Hypocritis, fronte severis, vita turpibus.

Inte



18 Pathica sentina. Synecdoch. notissimus pathicus. 19 Cinædos & Draucos, qui tamen Socratis sanctimoniani, & disciplinam præferunt. & ipse Socrates male audiebat nomine male amoris. Lucian. *ὁμοίως* & *ἀπορίας* *ἰσοφίας* *ἀβυσσῶς* & *ἰσχυρῶς*. Firmicus lib. 7 c. 14. Sunt tamen qui legi volunt Sotadicor à Sotade poeta Maronensi, qui primus scripsit cinædica, de quo Suidas & Strabo. 20 Gravem & severum. 21 *ἄνθρωπος ὁμοίως*. Vide Persi Satyr. 4 vers. 40. 22 Ut qui sciat ulcera hæc ex turpitudine constata esse, & iussa incidi, ut ad eandem redeas. 23 Vlcera podicis ex arriu nata; ut hic in pathicis, alias us, qui nudo equo insident, ut Martial. epigr. 56 l. 14. quæ à similitudine, quam habent cum ficu, quam mariscam appellant, dicuntur: ut Græce *σινδρις*. 24 Voluntas & speciosum silentii studium. 25 Crime Stoicus. Stoici autem ad cutem tondebantur, ut coma brevior esset supercilio. 26 Tolerabilis simpliciusque facit Peribonius. 27 Insignis ille cinædus, turpitudinem palam professus. 28 Huius vitia non malitiæ suæ, sed satis imputo velerasi, seu potius *ἀκαταξίας*, imò *ἀκαταξίας* ut Pers. 3. de Natta, *Sei super huius vitio*. 29 Morbum animi, i. e. vitia & levitatem, vel etiam corporis morbos sc. mariscas, ut supra v. 13. 30 Sed illi longe peiores, qui talia (id est, ex imperu peccantium) vitia increpant. 31 Gravibus, severis, quæ Herculem Prodicum illum in bivio (ut est apud Xenophontem *ἡ τριτοῦ* β.) deceant, vel grandibus & magnificis, qualia usurparet fortis ille Hercules. 32 Stoice pathice, egone te ceventem. i. e. clunes agitantem veredor inquit Varis. vir notissimæ intamæ. 33 Tib. & Capum, qui tribuni, dum reducere leges agrarias conarentur, ipsi oppressi sunt eaque. 34 Quis non omnia confundat & exclamet, *O colam, & terra, & maria Nepuntia*. 35 Qui furtis & rapinis Siciliam spoliavit, notissimus ex Ciceronis lo eum actionibus. 36 Qui incestu cl. P. Clodium, notus item ex Cicer. 37 Nobilis adulterio Caesaris uxoris, germana que sororis incestu. 38 Coniuratores in Kemp. 39 Proscripelonis tabulam. 40 Cæsar Pompejus, Crassus, *relli* Augustus, Lepidus & Antonius, qui idem fecere quod Sylla. 41 Altorum rigidus censor. Nostre istos (inquit Plin. ep. 22 l. 8.) *qui omnium libi istum servit, sic aliorum vitia nascuntur, quasi in viderant, & gravissime puniunt quos maxime imitantur*. 42 Tragici argumenti, tragicæ digno. 43 Claudius Imperator Agrippinam filiam fratris Germanici duxit, quæ sæpius abortum fecit, ne cohærenti Neroni pareret: cum vero Iuliam nominet, idque nuper factum dicat, intellige de Domitiano, qui Iuliam Titi Vespasiani filiam alteri unquam corrupit, e. que coactæ conceptum à se abigere mortis causa exiit, Suet. Domitian. c. 22.



Concubitus: qui tunc 44 leges revocabat amaras 30
 Omnibus, atque 45 ipsis Veneri Martique timendas:
 Cum tot abortivis faciendam Iulia vulvam
 Solveret, & patruo simileis effunderet 46 offas,
 Nonne igitur jure ac merito 47 vitia ultima 48 filios
 Contemnunt Scauros, & 49 castigata remordent? 35
 Non tulit ex 50 illis sⁱ torvum sⁱ Laronia quendam
 Clamantem toties: Vbi nunc 53 lex Iulia? dormis?
 Ad quem 54 subridens: 55 Felicia tempora, qua te
 Moribus opponunt: 56 habeat jam Roma pudorem,
 57 Tertius e caelo cecidit Caro. sed tamen unde 40
 Hac emis, hirsuto spirant sⁱ opobalsama collo
 Qua tibi? ne pudeat dominum monstrare taberna.
 Quod si 59 vexantur leges, ac jura: citari
 Ante omnes debet 60 Scantinia. respice primum
 Et scrutare viros. faciunt hi plura: 61 sed illos 45
 Defendit numerus junctæq; umbone phalanges.
 Magna inter molleis concordia. non erit ullum!
 Exemplum in nostro tam detestabile sexu.
 52 Tadia non lambit Cluviam, nec Flora Catullam.
 53 Hispo subit juvenes, & merbo pallet 64 utroque. 50
 Nunquid nos agimus causas, civilia jura
 Novimus, aut ullo strepitu fora vestra movemus?
 Nullantur 65 pauca, comedunt 66 coliphia pauca:
 Los lanam trahitis, calathisque peracta refertis
 Mellera: vos tenui 67 pragnantem stamine susum 55
 Penelope melius, levius torquetis 69 Arachne:
 Horrida quale facit residens in 70 codice pellex.

44 Iuliam
 contra adul-
 teros, & alie-
 ram qua in-
 terdictum
 inares castra-
 ri. 45 Dii
 adulteris.
 46 Fetus
 immaturos,
 embryones,
 deformes
 instar Domi-
 tiani. 47 In-
 temperantes,
 extreme vi-
 tiosi. 48 Hy-
 pocritas, cu-
 jusmodi erat
 M. Aem.
 Scaurus, qui
 fuit (teste
 Sallustio) no-
 bilis, impiger,
 &c. sed &
 callide sua vi-
 tia occultans.
 Synecd. 49 Et
 si objurgati
 remordent,
 id est, vicissim
 objurgant.
 50 Hypocri-
 tis. 51 Seve-
 rum. 52 Mu-
 lier dives ca-
 demque pro-
 caz. 53 Verso.
 50. leges ama-

44. 54 Ait Laronia subridens. 55 Ironice. 56 Vereantur Romani pec-
 care te praesente, ut quondam Catone in Floralibus. 57 Tertius motum gravis
 castigatorem, ad eum Censorio & Vicensi. 58 Plinio oleum Balsaminum ab
 Arabibus, id est, succus, & ὀπὸν ἡρῶν, ἢ ὀπὸν ἡρῶν id est, princeps olei. 59 Ex-
 citantur ne dormiant. ut v. 37. 60 In praedicones lara, dicta à C. Scantinio,
 vel Marcelli filium de Stupio appellavit. Val. Max. l. 6 c. 1. quoniam autem leges
 semperque habent nomen ab eis, qui tulerunt, non raro item à damnatis, ut La-
 ro à Laro, qui primus omnium intulit stuprum Chryippo Pelops filio. 61 Ve-
 rum illi se forsitan satis tutos credunt, quod plures sunt, numero scilicet pugnan-
 tes, & se invicem mutantur facta quasi tellure. 62 Ipsa me-
 trices non fellant. 63 Cinxidus quilpium. 64 Agendo & patiendo.
 65 Na via colm in prima Sat. hgit aprum, & in sexta sunt quae in theatro lu-
 cantur. 66 Luctatorum cibos cen panes, vide quae ad Martialis ep. 66 lib. 7.
 ostavimus. 67 Gravidum, intumescens membris. 68 Ulyssis uxore, quae pro-
 pter tela, quam nocte texerat, decepta. 69 Puella Lydia, à Pallade, quam
 ceptantem texturæ artis provocarat, victa & in staneam versa. 70 Ligoco-
 lpite, quem alligatum, servi, qui deliquerant, traherant, coigque solidebant,
 Engl. 4. 108.



71 In aduere-
 fco cum do-
 mino depre-
 heofa, & pes-
 petuo iudici-
 cio demua-
 re. 72 Ex af-
 fe herede
 confiteto.
 73 Testamen-
 ti tab.
 74 Mif. Pac-
 covius, dives
 lolawis, de
 quo Ser. 12.
 ver. 128.
 75 Yvori in
 taceret Liber-
 ti cum marino
 feclis.
 76 Cum mari-
 to & Drauo.
 77 Marti
 molles xori-
 bus, in la-
 ceant, de
 layillis pre-
 colos ad
 ornatum &
 oblongos in
 modum Cy-
 kudi, in-
 aures, uoi-
 nes ovalem

71 Notū est, cur 72 fols 73 tabulas impleverit 74 Hesper
 Laberto, dederit urvus cur multa 75 puella.
 Drues erit, magni qua darma 76 terra lecto. 65
 Tu nube, atque tace. 77 donam arcana cylindros.
 De 78 nobis post hac triftis fenetria fertur:
 Dat veniam 79 corvis, vexat censura & columbas.
 80 Fugerion trepidi vera ac manifesta carerem
 Stoicida, quid enim falsi Laronia? sed quid 69
 Non facient alii, cum tu & multitia fomas
 83 Cretice, & hanc vestem populo rarrante pereres
 In 84 Proculas & Pollneas? est macha Fabulla,
 Damnetur si vis, etiam Carfinia: 85 salern
 Non sumet damnata rogam, sed 86 Iulus ardet. 70
 Aftio. 87 nudus atas: minus est infania turpu.
 88 En habitum, quo te leges, ac jura ferentem
 89 Vulneribus crudis populus modo vider, & diud
 90 Moutanon possis audiret vulgus aratri.
 91 Quid non proclames, in corpore iudicis ista 75
 Si videas? quoro, an deceant multitia & vestem?
 Acer & indomitus, libertasque magister
 Cretice 83 pelluces, A dedit hanc contagio labem,
 Et dabit in plures: sicut grex totus in agris
 Virus scabie cadit, & * porrigine porci. 90
 92 Vvague conspelta livorem ducit ab ura.

formam habentes. Plin. de Beryllis l. 37 c. 5. Solin. Polyb. 80 c. 69. 71 Mife-
 ris mulierculis. 72 Castigatio morum ignoscit virorum & aliorum nequitiar,
 vexat mulierum simplicitatem. ad polypos magis quam ad eos per corvos in-
 telligi se voluit. 80 Simpliciter & iustas mulieres. 81 Fugerunt, inquit
 Poeta, filii illi, nec sibi constantes si que scierant confisi Philo- ybi Laronia.
 82 Vides (si modo respicienda sunt, inquit Scree. 7. de Reuel. in quibus
 nihil est, quo asenti corpus est denique pulvis posuit, &c.) feritas vel bombyci-
 nas molliuertas substantia & in tantum teneat, ut per eas inqula membra
 perspicui possint. Vt exantet somnia vepu. Plin. 11. 22. 83 O Iudex. ali-
 ditque vel ad Criticum, vel ad Cretam inf. in qua fuerunt iudices severissimi,
 Iovis filii. 84 Moxerices & marchas. 85 Fremunt quippe adueteru con-
 vallis non nisi viri cogitantes in publicum prodire licebat. 86 Sed in-
 quies, Sol in mente Iulo ardet. 87 Nudus itaque est. proferat enim te iustis-
 sum quam mollem haberi. 88 Ironice. Egreg. es sane iudex, quem audiat
 illi pitei Romani militie & agricultura inveni sub infamia & iocundate im-
 perii Rom. 89 E recroto prolio cedentes non qui illi & bellicosi Romani.
 90 Rustici illi rudes & ab omni molle alieni. 91 Quid convictorum non
 proclames, O antiqui Romani militie & agricultura horridi, in mollem hinc
 iudicem? 92 Males minus iudicem. 93 Membra per vestem reuere appa-
 rent. 94 Tu mollium commecio corruptus mox & aliis offitibus hanc
 molliuerti labem, non secus ac, &c. * Alii legent porrigine. 95 Ex opinione
 vulgi, inquit Turneb. s. 17. censentis unam ovam sub vindemiam ab altera
 conspelta colorari, vel corrumpti.

Fadius



Fadius hoc aliquid quandoque audebit amittu :
 Nemo repente fuit turpissimus. accipient te
 Paullatim, & qui longa domi r: dimicula stant
 Frontibus, & toto posuere monilia collo, 85
 Atque 97 Bonam tenera placant abdomine 98 porca,
 Et magno cratere deam. sed 99 more sinistro
 Exagitata procul non intrat samina limen.
 Solis ara dea maribus patet. Ite profana,
 Clamatur: nullo gemit hic tibia cornu. 90
 * Talia secreta coluerunt * Orgia tada
 2 Cecropiam soliti 3 Bapta 4 lassare 5 Corytto.
 6 Ille supercilium madida fuligine * tactum
 7 Obligua producit acu, pingitque tremeis
 Attollens 8 oculos, & vitreo bibit ille Priapo, 95
 Reticulumque comu auratum ingentibus implet.
 Corulea indutus 11 scutulata, aut 12 galbana rasa,
 13 Et per Iunonem domini jurante ministro.
 14 Ille tenet speculum pathici gestamen Othonis,
 Actoris Arunci stolum: quo se 15 ille videbat 100

95 Inuit ef-
 feminos
 sacerdotes,
 quos in Alba-
 no Domitia-
 nus constitue-
 rat, qui cele-
 brarent quo-
 tannis Quin-
 quatria Mi-
 nervæ, cui
 collegium
 ibidem con-
 secrat.
 Suet. Dom.
 t. c. atque
 horum sacra
 dicit magis
 Orgia & Co-
 tytia refer-
 re, quam Gy-
 nœcia.
 97 Minervam
 Domitiano
 superstiose
 cultam, cuius
 sacra celebra-

rent Albani isti Flaviales sacerdotes eadem religione qua matronæ Rom. co-
 lebant Bonam deam, Majam, Terram, Proserpiam, Opem, &c. Vide Macrobius, 1.
 Sat. 12. 98 Qua propria est Terræ hostia, quod ea segetes quas Ceres Pro-
 serpina ostendat primum est depasta. Macrobius ibid. 99 Contrario ritu,
 amoris scilicet formis, ut in totis *γυναικας* excludantur maris, ita ut vera sit
 illa Etymologia Apollonii interpretis. Orgia dicta *ἄνδ τὰ λήγον*, quod pro-
 fanis arceantur à sacris, utcumque alii deducunt *ἄνδ τῆς ἄγνης*, furore Bacchi-
 co, alii *ἄνδ τῶν ἄπλων*, montibus in quibus celebrantur, &c. * Neque mino-
 re cum turpitudine, scelere & impudicitia, celebrantur hæc Minervæ Quin-
 quatria, quam nocturna illa sacra Corytæ à Thracibus recepta coluerunt
 Athenis sacerdotes Deæ Corytæ, Bapta dicti, aut Romæ quodam apud
 nos Bacchanalia omnium flagitiorum seminatum. 1 Nocturna vel mystica
 face. 2 Atheniensem, à primo Athenarum Rege. 3 Sacerdotes molles &
 effeminati dea Corytæ, in quorum lasciviam scripsit Eupolis comœdiam
 Bapta. 4 Ad lassitudinem saltare, vel hætam deæ personam delassare. 5 B
 psaltria seu saltatrice deam irpudentia. Politiani Miscel. cap. 10. 6 Alius
 supercilium denigrat. Tanta est decoris affectatio, ut tingerentur oculi quoque,
 inquit Plin. lib. 11 c. 37. Oculos e, usmodi Hieronymus vocat, *oculi sibi sub-
 ymatis*. * Alii *institum*. 7 Calamistrum. Ang. *A uiltingpin*. seu cinali, Apu-
 lejo. 8 Genas vel pilos oculorum, vel ipsa supercilia. 9 Non secus ac im-
 pudica ac libidine est, rata mulier, quæ ex pene è vitreo fasso bibit. 10 *A
 Colse or tall*. 11 Vestimenta plurimas scutularum formas habentia, quales
 videntur in arancarum telis. 12 Subalba, à flore galbani scula in Syria,
 cuius succus notus, vel galbinea, s. e. carulea vestimenta rasa, quæ pills &
 villis caret. 13 Ipso seruo in tantum molli, ut juret (more domini sui) per
 Iunonem, quod mulieres faciunt, uti viri per genium suum Iovem, Hercu-
 lem, &c. sic Quartilla apud Personium: *Iunonem meam hatam habeam, &c.*
 14 Alius habet speculum quod gestat Otho Imperator, instar hastæ, vel
 quo munere Othonis gloriatur iste æque insolenter, ac Turnus hasta Actoris
 Arunci apud Virg. 12. Æn. 15 Otho.



15 Ironice.
 17 Inter O-
 rthoem &
 Vaelhum.
 Nec decram
 (inquit Tac-
 rus de hoc
 ipso bello)
 qui audito-
 ne stolidi tu
 xariosus ap-
 paratus con-
 virtorum, &
 irritamenta
 libidinum, ut
 instrumenta
 belli, merca-
 rentur.
 18 Parum
 concitant
 inter se duc
 Orthoni, qui
 veluti fortis
 ac summi ci-
 vilis curam
 Galbam in-
 terficiendum
 simul cum Vi-
 tellio de pa-
 latio & im-
 perio Rom.
 dimicavit: i-
 demque mol-
 lu se quotidie

Armatum, cum iam rubeo vexilla juberet.
 16 Res variorum viciu sonabat, atque recenti
 Historia, speciem 17 crebris sacra hui.
 18 Nonnumquam summi datus est occidere Galbam,
 Et carere eadem summi crederentur: 19
 19 Bedriani in campo spolium affectare Palati:
 20 Quod nec in Aethiis praerata Semerone erit,
 21 Massa nec Africana feris Cleopatra carere.
 22 Hoc nullus verbus pudet, aut vitiosus morosa: 23
 Hoc 24 carpi Cybele & 25 fracta voce loquenda
 Libentia, & erant senex 26 phoenicibus alio
 Sarcotum aurifer, raram ac vixit abile magis
 27 Gustatus exemplum, 28 condimentis sine magister.
 Quod rancu expositum: 29 Phrygiae quas tempus 30
 erat iam

Mere 31 superacuum 32 dicitur ab hinc 33 carere?
 Quadringenta dedit 34 Craxibus seipsum 35 ducem
 Curator, 36 fuit hoc velle carere et.
 Signata 37 tabula 38 dicitur feliciter, super
 Curia 39 sedes: gressu jacant 40 ut a raga 41 pariti. 20
 O proceres, & consue opus est, et 42 hanc fore viciu
 Seducti hinc, magistrae vixit a pacatis.
 Si magister terminis, vel p'ous ederet a quare

rati, & p'one lacte chano ma dide faciem perpolari Sortem. Orthoni. Sed non erat Orthoni mollis & corpori humilis animus, inquit Tacitus l. 1. c. 12. Cypriani inter Veronam & Cremonam, ab Orthoni, & Vaelhano vixit ipse Orthoni, qui malis consiliis turbidibus obaudienti Senectum concitaret, accipere ab eis munus, civis belli odio se intenuit. 20 Cuiusmodi molliem in spectu & focii sibi, quando bella exercebant, sepepantur intransmissim illa regna Babylonis & Aegypti. 21 Vixit natus hinc ad Achaem. 22 Inter hoc molles sacerdotum Flavianos in collegio Albano supra ad viciu. 23 Tunc a libertas sermonis, qualis est inter Gallos de Phrygia sacerdotum, semper in obsequio & obsequio. 24 Lactis & chano. 25 Numquam etiam, in eis concipiant. 26 Gula, vel etiam viciu. 27 Gula & rancu dicitur, qui hinc rancu p' collegio periret. Dignum parilla operatum. 28 Meri sacerdotum Phrygiae dicit. 29 Qui in muliebria patenti hinc nulli est viciu. 30 Lapidibus vel testa Sanna ad imitacionem Aene pueri Cybele dicitur. 31 Penam viciu. 32 Nobilitas. 33 Datus nominis. 34 Aut certe viciu. 35 Neque alia & decalce. 36 Acclamatum est, Felicitatem viciu. E fructibus parillaco- nis hincque viciu. Secre Epist. 17. 37 Poeta est, ut in primo Sat. Quare viciu, vel viciu concipiant sedes. 38 Gula. 39 Concipiant viciu viciu. 40 Qui ipse hinc hinc concipiant. 41 Qui in spectu hinc viciu, id est, hinc viciu viciu parilla hinc concipiant.



42 Segmenta, & longos habitus, & 43 flamea sumit :
 44 Arcano 45 qui sacra ferens nutantia loro { 25
 Sudavit clypeis 46 ancilibus. 47 o pater urbis ?
 Unde nefas tantum Latius 48 pastoribus ? unde
 Hac tetigit, 49 Gradive, tuos s' urtica nepotes ?
 Traditur ecce viro clarus genere atque opibus vir:
 Nec galeam quassas, nec terram cuspide pulsas, { 30
 Nec quereris s' patri. vade ergo, & s3 cede severi
 Iugeribus campi, quem negligis. * Officium cras
 Primo sole mihi peragendum s5 in valle Quirini.
 * Qua caussa officii ? quid quaris ? nubit amicus,
 Nec multos adhibet. liceat modo vivere : sient A35
 Fient s6 ista palam, cupient & s7 in alta referri.
 Interea tormentum ingens s8 nubentibus haret,
 Quod nequeunt parere, & s9 partu retinere maritos,
 Sed s melius, quod nil arimur in corpore juris
 Natura indulget steriles moriuntur, & illis { 40
 Turgida non prodest condita pyxide s1 Lyde :
 Nec prodest agili palmas prabere s2 Luperco.
 Vicit & hoc monstru s3 tunicati s4 fuscina Gracchi,

42 Monilia interpretatur Servius, i. Aeneid. ego s'imbriss exposuerim. Anglice. gards or lacis, quas mulieribus aureas indultas testatur Valer. lib. 5. c. 2. 43 Velamenta lutea vel rubra, quibus regi novis nuptis mos erat. 44 Ab interiore parte annexo, vel ipso ancilli pluribus ejusdem formæ, immisso, ne posset dignosci. mox, nor. 45.

